



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De
Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis
Detractionibus

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. VI. Ianuen. hæreditatis. An æqualitas ordinata per testatorem inter
hæredes per quotas, casset per subsequutam assignationem, quam
testator in codicillis uni cohæredi faciat, Vel potius ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

sit Rotæ auctoritas, nimirumque vigeat usus pragmaticus procedendi cum decisionibus, eis simpliciter acquiescendo, non indagando causas, vel rationis diversitatem, hinc dicebam quod ubi ad forum controversia deduceretur, probabilitores essent partes volentium succedere in capita.

Verum quia superius allegata jura pro successione in stirpes videntur nimis urgentia & clara, unde propter induc non poteram ad determinatæ respondendum pro dicta successione in capita, stante præsertim mea consuetudine, (sive bona, sive mala,) non de facili acquiescendi decisionibus & auctoritatibus; Hinc ponderabam, quod dicta decisio prodierat ex facti particularibus circumstantiis, ob quas, vota alias in puncto juris discordantia in eam devenerunt sententiam; Dicta autem circumstantia in praesenti non concurrebant, idque non poterat exinde constitui regula generalis cuicunque casui applicabilis, sed potius ex allegatis iuribus constituta videtur regula in contrarium pro successione in stirpes, quoties ut supra, per duas orationes, seu vocationes separatas, vel etiam per unicam orationem, continentem tamen duos diversos vocandi modos, unum scilicet per nomen collectivum, alterum vero per appellativum, dispositio concepta est.

Dicta vero regula limitanda venit, ex diversa testant voluntate ex conjecturis, aliisque circumstantiis desumenda, ob receptissimam, ac perpetuam pra oculis habendam propositionem attendendi magis substantiam voluntatis, quam formulas, & figuræ verborum, ut constat factum esse per Rotam in allegata decisi. 63. Merlini, in qua consideratum fuit; Primo, quod institutio hæreditum concepta erat, cum uno, eodemque verborum contextu, sub uno verbo utramque vocationem regente; Secundo, quia ibi aderat clausula pro equali rata & portione, quo casu satis urgere videtur textus in eadem l. interdum supra allegata, ut latè exornat Giovagn. dicto cons. 24. Tertiò, quod omnes nepotes vocati fuerunt nominibus propriis, unde propterea non urgebat ratio diversi, seu discretivi modi vocandi, quo concurrente ibi admittitur, ut regula sit in contrarium pro successione in stirpes; Quartò, quia in quibusdam prælegatis, testator aperie ejus voluntatem declaraverat, ut partiti deberent in capita; Et demum clarius, quia constabat ex aliis facti circumstantiis de majoritate testatoris dilectione erga duos nepotes ex uno fratre, quam erga alterum, quia minus dilectus ita remaneret magis privilegiatus, idque dicta decisio fuit magis ex facto, quam ex jure, in cuius simplicibus terminis assisteret potius videtur successio in stirpes.

In hac igitur facti specie prædictæ circumstantiae cessabant, vel saltim non justificabantur, atque attenta littera, seu verbali contextura testamenti, potius videbamus esse in casu opposito; Tum quia utraque vocatione concepta erat per separatas orationes a distinctis verbis rectas, Tum fortius ob dictam discretivam, quod una vocatione esset collectiva, & altera appellativa; Solùmque aliquam diffiultatem inferre videbant illa verba, In solidum coniuncti; Cum enim verbum, In solidum, importet totum in singulis ex deductis per Barbof. class. 72. hinc desumi videtur, quod testator constituere noluisse diversa corpora, vel facere diversas partes hæreditatis, sed vocare omnes pariformiter & eodem modo, perinde, ac si dixisset, equaliter seu equis portionibus, quoniam licet textus in dicta interdum consideret verba

proximè relata, nihilominus sufficerent æquipollentia, qua cumdem sensum habeant, ut plenè Giovagn. ubi supra; Verum è converso ponderabam, quod ista verba ut potè æquipollentia, & ad instar, esse non possunt majoris efficacia, & operationis, quam si expressè diceretur æquæ, seu pro qualibet, & tamen ista neque sufficerent, quoties vocationes conceperentur per orationes separatas, & fortius ubi cum dicta discreta, ut liquet ex eisdem decisionibus coram Merlin.

Hinc proinde casus me tenebat anticipitem, quoniam juris regulæ me cogebant ad respondentum pro successione in stirpes, præsertim, quia in intestata successione neque absolutum, ac à jure expresse determinatum est illam esse diverso modo, cum id solùm proveniat à quadam magis recepta, sed satis controversa opinione; Et è contraria, stante mihi cognita qualitate testatoris, quodquæ rudi & crassò modo, testamentum à simplici, ac inexperito Religioso conceptum esset, naturalis difficultas magis impellebat ad respondentum pro qualitate inter omnes; Ideoque concludendo dicebam, ut adhiberi deberent diligenter prædictæ, quodque forsan factum dirimeret difficultatem; Eis verò non suffragantibus, ut tunc casus esset aliqua concordia dignus, per quam nepos unicus non haberet integrum medietatem juxta concessionem in stirpes, minùsque solam virilem juxta successionem in capita; Et de successione plurium nepotum in capita in concessione emphyteutica habetur, etum sub tit. de emphyteusi, disc. 17. ibique deducta ad rem conferunt

JANUEN. HÆREDITATIS PRO STEPHANO FRANZONO. Responsum pro veritate.

An æqualitas ordinata per testatorem inter hæredes per quotas, cesseret per subsequam assignationem, quam testator in codicillis uni cohæredi faciat, Vt portius assignatio censeatur facta, ut cedere debeat in propriam quotam.

SUMMARIUM.

- 1 Acti series.
- 2 Vt assignatio facta hæredi importet prælegatum.
- 3 Contrarium ubi est expressa quota, seu portio.
- 4 Plus credunt homines habere in bonis, quam habent.
- 5 Datur auctoritas specialis, vel similes.
- 6 Ad quid proficit assignatio.
- 7 Ademptio, seu mutatio voluntatis non presumatur.
- 8 Presumptio est pro æqualitate.
- 9 Quomodo generalitates attendenda videntur.
- 10 Respondatur ad conclusionem, de qua n. 2.

DISC.

DISCURSUS V.

13

DISC. VI.

I N testamento condito per Baptis tam Rivarolam, ultrà quoddam prælegatum factum Stephano ex Placidia filia nepoti cum onere fidei-
commisi quod non erat in questione, hæredes
pro tribus ex quatuor partibus æqualiter scri-
psit dictam Placidiam, & Catherinam filias, cum
demque Stephanum, reliquam verò quartam in
quædam pia opera crogari voluit, atque ut omni-
moda æqualitas servaretur, mandavit, ut per Judi-
cemp portiones fierent forte extrahendæ, deindeque
in codicillis, ultrà plures dispositiones ad rem non
facientes, assignavit Stephano quamdam villam, alia-
que bona, quæ in ejus quartam partem cedere vo-
luit. Cumque firmato statu hæreditatis, detraictis
legatis, aliisque oneribus compertum esset,
quod bona Stephano assignata longè quartam par-
tem excedenter, inò etiam dimidiam, hinc dubitari
contigit, an ea ex dicta codicillari dispositione Ste-
phanus obtinere deberet, vel potius intrâ limites
sue virilis, pro excessu verò dimittere bona, aut sol-
vere pretium ad commodum coheredum, quare
desuper pro veritate consultus.

Respondi, quod primo aspectu dicendum est, ut integræ bona Stephano jure impliciti prælegati debita essent juxta theoricam *Caſtreñis* in l. quo-
tius, C. ſam. ex cſc. per illum textum, ut affigatio fa-
ciat reſtatorem ad favorem unius, vel plurium
ex hæredibus servari debeat, quamvis dixerit eos
æqualiter inſtituere, quoniam illud plus, jure præle-
gati relictum cenſetur, ſequuntur *Parif.* conf. 34.
numer. 17. & ſeqq. lib. 2. laſ. conf. 18. lib. 1. *Morot.*
conf. 79. *Dcean.* conf. 15. numer. 11. lib. 1. & conf. 106.
numer. 1. lib. 3. *Simon de Pret.* de interpret. lib. 3. inter-
pret. 1. dubit 5. ſolut. 2. numer. 8. *Gail.* lib. 2. obſer. 16. na-
mer. 2. cum ſeqq. ubi in ſpecie, quod in codicillis id
fieri poſlit, quamvis æqualis inſtituio facta sit in
teſtamento; Et conferunt in idem firmata per *Ang.*
conf. 194. & ſeqq. ubi quod relicta unifilio in ſui
partem jure prælegati, obtinentur in excessu ſup-
ra virilem, quamvis omnes æqualiter inſtituti eſ-
ſent.

Histamē non obstantibus , contrarium dixi
milihi videri probabilius ex ea circumstantia , quod
testatrix in ipsam et assignatione , expressè dixit , ut
ea bona sic assignata cedere deberent in ejus quar-
tam partem , unde patet , quod noluit alterare viri-
les , sed quotas jam ordinatis , neque aliquod præle-
garum facere , quoniam , ubi per viam prælegati
eundem Stephanum gratificari voluit , id fecit , di-
ctum titulum exprimendo ; Et consequenter , quod
juxta vulgare dictum , de quo apud Franch. decisi.
236. nn. 11. quod plus homines in bonis habere cre-
dunt , quam in effectu habeant , testatrix in qualitate
bonorum dicto Stephano gratificari voluerit , non
alterando quotam , sicut virilem , quam ita firmam es-
se debere declaravit .

le debere declaravit.
Adquod comprobandum ponderabam es, quæ
habentur apud Castill.lib.4.cap.54.n.33. ut testatore
meliorante unum ex filiis juxta illas leges vel mores
intertio, vel quinto, atq; in iusti causa assignante
aliqua bona, quæ majoris valoris detegantur, assi-
gnatio reformatur ad limites dictæ quotæ, in qua
confutare dicitur substantia dispositionis, non alte-
tabilis per accidens assignationis in una, vel altera
bonorum specie; Quamvis enim in eo casu aliquæ
urgeat etiam ratio defectus potesta is, unde propte-
re casus non sit omnino similis, attamen ratio præ-
dictæ bene applicabilis videtur.

Pars II. de bared.

Neque exinde dispositio⁷, sed assignatio inutilis
remanere dicebat, cum notabilis esset eius effe-
ctus ita assecurandi dictum Stephanum habendi
bona magis commoda, seu conspicua in ejus
portione, cumque exigendi ab incerto eventu
fortis, quæ pariter etiam propitia, neque hoc bene-
ficium caufare potuisset, dum nonnisi bona pro-
portionata cuiilibet quotæ, seu portioni Judex affi-
gnasset cum congrua repartitione, ut quilibet de
optimis, mediocribus, & infimis participaret, unde
propereat dupliciter ejus conditio melior efficie-
batur; Primo, nempe habendi in propria virili bona
unita, eique magis commoda, & meliora; Et secun-
do circa implicitam coactam venditionem sibi per
coheredes faciendam de parte excedente supple-
nda in pretio, quod etiam est nimium estimabile,
ut communiter ponderant DD. in proposito
legitime obtinenda potius in bonis, seu corporibus,
quam in pecunia ex pluribus deductis *sab. tit. de legit.*
& derract. ac etiam conferunt, que ad materiam re-
tractus coactivi, legalis, vel conventionalis haben-
*tur *sab. tit. de seruit. cum similibus.**

Et his specialibus ponderationibus addebam generalitates, (quas Consulentes cum copiosissimis allegationibus, ac inani chartarum replectione deducere solent, ut apudignarum vulpis, quod ex prolificate scriptura, & copia allegationum, non distinguendo a list ad propositum, necne, iudicium efformat, sapientes videantur,) nempe quod ademptio, vel mutatio voluntatis non praesumitur, omnisque interpretatione capienda est pro ea excludenda ex iis, quia collecta habentur per Menoch lib. 4 præsumpt. 167. Greg. dec. 236. Bavar. decif. 168. Dunoz. dec. 579. & pasim.

Ac etiam quod in parentibus presumenda est
æqualitas inter filios, idèque omnis interpretatio
capi debet pro ea includenda, & excludenda inæ-
qualitate, multò verò magis, dum alia notabiles
inæqualitates concurrebant, dum ejusdem Stephanii
mater adhuc vivens suam portionem obtinebat
æqualem cum altera filia, cuius inæqualis conditio
remanebat ob admissionem nepotis ex filia yiven-
te, & succedente ad æqualem successionem ultrâ
aliud pingue prelegatum; Ita autem generalitates
considerabiles quidem erant in propohto, ut coad-
juvarent superius ponderatas specialitates, in qui-
bus constituebam principale fundamentum pro
hujusmodi voluntate, cuius potius, ac facti, quam
juris quæstio erat, idèque admittar hujusmodi qua-
stionum, decisio non ex generalitatibus desumenda
est, sed ex singulorum casuum particularibus cir-
cumstantiis.

Ad prædictam autem theoriam *Castrensem*, cum
que procedunt *Paris.* & alii superius allegati; Di-
cębam responsionem patere ex figuratione casus
per ipsum positi, ubi scilicet assignatio ad favorem ^{re}
uniū præcedat, deinde vero subsequatur institutio
universalis equaliter, vel etiam in instituto præce-
dat, & assignatio subsequatur, absque tamen taxati-
one ad quotam, in qua pro meo iudicio major con-
sistebat difficultas, juncta cum altera circumstantia
prælegati facti favore ejusdem, dum quando testa-
trix prælegati titulum adhibere voluit, illum expli-
care scivit, ac dixit; Niūdū etiam consider-
ando notabiliter in qualitate testis, aliis

三

ROMA-

De LUCA
De
testamentis
et ceteris
GVI